



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Benedictio aquæ pro infirmis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

telam salutis, integritatem charitatis, consolationem spei, robor
rationem fidei, virtutem constantie, et visitationem spiritus san
cti. Per eum, in unita. Amen. Aspergantur aqua benedicta.

C De benedictione aque pro infirmis. **R.** Adiutorium no
strum. **R.** Dominus vobis. **R.** Et cum spirit. Oremus. **Oratio.**

Omine Jesu Chiste, qui benedixisti quinque panes et duos
piscis in deserto, unde satiata sunt quinquaginta milia hominum, te
supplices exoramus: ut benedicere digneris hanc aquam: ut qui
cumque infirmus ex ea gustaverit, accipiat sanitatem mentis, et per
fectionem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroboracionem
fidei, et charitatem spiritus sancti. Qui vivis et regnas cum deo patre, in unita,
Aspergantur aqua benedicta. **C.** Ad benedicendum primum charitatis.

Primo omnes cibi et potus aspergantur aqua benedicta, et di
catur. **R.** Adiutorium nostrum. **R.** Qui se. et postea incipiatur

Oratio. Asperges me domine hyssopum, et erubescam. **R.** Gloria patri. **R.** Dhe
gran. **R.** Et cla. **R.** Dhs vobis. **R.** Et cum spi. Oremus. **Oratio.**

Omine Jesu Chiste, qui in deserto coram discipulis tuis quin
que panes et pisceculos paucos tuis sanctissimis manibus
multiplicando bene dixisti, et bene dicendo multiplicasti:
te humiliter deprecamur, ut hec caritatis dona ad usum pau
perum eroganda multiplicando multiplices, et bene dicendo
bene dicas: ut inde famuli tui refecti laudes et preces tuo no
mini competentes persolvant: et illi, per quibus hec devote et fideliter
erogant, remissionem cunctorum percipiant delictorum: et famulos et
famulas tuas nobis hec dona prestantes ab omni adversitate custo
di. Qui cum deo patre et spiritu sancto vivis, et regnas. Amen. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus deus respice super famulos et famulas tuas:
qui in pauperes tuos misericorditer operantur: et eos tua
virtute custodi, potestate tuearis: ut per multa annorum curricula
leni tibi in pauperes tuos misericorditer operant. Per Christum
dominum nostrum. Aspergantur omnia aqua benedicta dicendo.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

C. Benedictio contra aereas tempestates. Cap. 23.

Quoniam primo videtur aura, seu ventus et tempus nebulosum seu
tempestuosum levare immoderate, sacerdos cum superpellit
eos, sola benedicat aquam et sal in hunc modum. In nomine domini no
stri Jesu Christi. **R.** Adiutorium nostrum. **R.** Exorcismus salis et aque.
R. Exorcizo